

PRAELECTIONES CANONICAE

I V X T A.
TITVLOS LIB. I. DECRET.

EX
MONVMENTIS, AVTHORIBVS,
ET CONTROVERSIIS MELIORIS NOTAE

A

P. BENEDICTO

OBTER IIIA VSE R

L. V. D. REVERENDISSIMI, ACCELSISSIMI S. R. I. PRINCIPIS
ET ARCHIEPISCOPI SALZBURGENSIS CONSILARIO
ECCLESIASTICO.

HODIERNO ERUDITIONIS GENIO ET
STUDIO ALIQVANDO ACCOMODATAE

NVNC

IN CORRECTIORM, ET VBERIOREM ORDINEM,
PLVRIMIS MVTATIS, DIGESTAE.


LIBER I.



SALZBURGI,
FORMIS TYPOGRAPHIAE AVLICO-ACADEMICAE.

1785.





P R O O E M I V M.

1. **I**uris significatio tum in legibus *L. II. ff.*
de I. et I. tum apud interpretes multiplex est. Potissima est illa, et huic loco propria, qua legis vigor notatur. Leges enim Ius facere dicuntur, cum officium obsequii actionibus humanis in discretione iusti ab iniusto præscribunt. Et hoc sensu leges vel seorsim, vel in quodam systemate contemplari licet.
Tit. Instit. de I. N. G. et C.

2. Diuiditur Ius in diuinum, et huma-
num. Ius diuinum supremum genus est, a quo reliquae species vel descendunt, vel dirigun-
tur, vel muniuntur. *Omnis enim potestas, ex*
sententia S. Apostoli, a Deo est. Adeo, ut,
qui potestati resistit, ordinationi Dei resistat,
quia ipsi homines, qui potestatem habent,
ministri Dei sunt. *Rom. 13.*

3. Deus ipse author est Iuris naturalis,
quod naturae humanae per dictamina sanæ
rationis impressit. Sic et illæ ipsæ actio-

A

nes,